

HENRICI
CANISII NOVIO-
MAGI, IC. ET SS. CANO-
NUM PROFESSORIS IN ACA-
DEMIA INGOLSTADIENSI.

REFUTATIO
TRIVM TRACTATVVM
NVPER EDITORVM A QVO-
DAM IC. HEIDELBERGENSI,
SVO, MARSILII DE PADVA, ET
GVILHELMI OCCAMI,
nomine.




Cum licentia Superiorum.

INGOLSTADII,
Ex Officina Typographica EDERIANA apud
ANDREAM ANGERMARIUM.
Impensis Elia Villeri.

☉ Anno M. D. C. ☉

Coll. Soc. Iasv Salm. ex dono Regum.



NOBILI ET
CLARISSIMO VL
RO, DOMINO MARCO
VELSERO, REIPVB. AVGV-
STANÆ SEPTENVIRO.

HENRICVS CANISIVS
NOVIOMAGVS
S.



AGNVS ille HOSIVS Cordubensis
Episcopus, vita sanctimoniâ & doctri-
na clarus, MARCE VELSERE V.
C. olim Constantium Arrianum primum
ex Imperatoribus hereticum, & Arria-
norum impulsu ac persuasione negotiis
Ecclesiasticis se immiscentem, & iura Ecclesiastica perfide
violantem, grauitè serioq; monuit, vt quodam loco Beatus
Athanasius memoria prodidit. Ne te immisceas Ec-
clesiasticis, nec nobis Episcopis Imperator in hoc
genere rerum Ecclesiasticarum præcipe, sed ea
potiùs à nobis disce. Tibi Deus Imperium com-
misit, nobis ea, quæ sunt Ecclesiæ. Sapienter profe-
rò, vt decebat iuris Ecclesiastici assertorem & vindicem

In epistola ad Solita-
riam vitam agentes,

REFVTATIO
PRIMI TRACTA-
TVS, QUI EST CVIVSDAM
IC. ET PROFESSORIS HEL-
DELBERGENSIS.



CITE & verè PAVLVS:

*Minimè sunt, inquit, mutanda, quæ in-
terpretationem certam semper habue-
runt^a.* Quo certè responso sedari
potuisset animus Aduersarij no-
stri, si IC.^{us} est, aut haberi vult.

*a l. minimè. 23. ff. de
legibus.*

Quid enim apud omnes Interpretes vtriusque Iuris receptius, quàm causarum Matrimonialium iudicem, non esse alium, quèm Ecclesiasticum, Et tamen hic, contra omnium Doctorum sententiã, nobis obtrusum vult, aut saltem conatur, Magistratum Politicum, qui in re Matrimoniali, vtpote spiritali, nec iudex, nec legislator esse potest, vt in progressu latius docebitur. Quod enim Guilhel- mum Occamum & Marsilium Patavinum in sententiam suam adducat, nihil nos commouet, cum hi Iurisconsulti non sint, nec probati Theologi; quorum tamen argumenta & rationes infra examinabimus. Quod verò vno ore Interpretes causarum Matrimonialium iudicem constituent Ecclesiasticum, non Politicum; videantur ad c. accedentibus. 12. ext. de excessib. prælato, ad c. 1. ext.

A

de